

## **Disputatio Theologica Inauguralis De Necessitate Baptismi Sacro Sancti Contra Fanaticos Recentiores**

Rostochii: Typis Joh. Weplingii, 1714

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1867424398>

Druck Freier  Zugang



RU theol. Jan.1714

Fechtius, Jo.



DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS

DE

**NECESSITATE  
BAPTISMI SACRO  
SANCTI**

CONTRA

**FANATICOS RECENTIORES**

QVAM

AUXILIANTE DEO TRINUNO,

*FAC SUFFRAGANIE VENERABILI THEOLOGORUM ORDINE*

IN ILLUSTRIS AD VARNUM ACADEMIA

PRÆSIDE

*VRO MAXIME REVERENDO ET EXCELLENTISSIMO*

**JOANNE FECHTIO, D.P.P.**

CONSIT. DUC. CONSIL. DISTR. ROST. SUP.

FAC. TH. ET AC. SENIORE,

PRÆCEPTORE ET PATRE SUO *OMNI OBSERVANTIA COLENDO*

**PRO LICENTIA**

DOCTORALES IN THEOL. HONORES ET PRIVILEGIA RITE CONSEQUENDI

*AD D. II. JAN. ANNO 1714.*

*LOCO HORIS<sup>3</sup> ANTE ET POST MERIDIEM CONSUEVIS*

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JOH. CHRIST. SCHAPER,**

*Hactenus Ecclesiæ Beeskoviensis Pastor Pr. ejusdemq; Dioceseos Inspector Regius*

*Nunc Vocatus Superintendens Districtus Güstroviensis.*

---

Rostochl, Typis JOH. WEPPLINGII, SERENSIS. PRINC. & ACAD. Typogr.

DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS

NECESSITATE  
BAPTISMI SACRO  
SANTO

FANATICOS RECENTIORES

AUXILIANTE DEO TRININO  
AC SUPREMO VITI NOSTRI  
IN ILLUSTRI AD YASSEMUM ACADEMIA  
PRÆSIDE

JOHANNES RECHTIO, D.P.P.

CONSIL. DUC. CONSIL. DISTRICT. ROST. SUP.  
TAG. JURE AC SENIOR.  
RECTOR ET PATRE EGO OMNI OBSERVANTIA COLENDO

PROFICIENTIA

DOCTORALES IN THEOLOGIA ET PHILOSOPHIA  
AD ACADEMIAM



AD ACADEMIAM  
ROSTOCKIENSIS  
JOH. CHE...

ROSTOCKIENSIS ACADEMIAE  
NOME VITAE SUPPLEMENTUM

Rostocki, Typ. Joh. Wasmuthii, SENIORS. TRINC & ACAS, Typogr.

SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
DOMINO,  
CAROLO  
LEOPOLDO,  
DUCI REGENTI MECLEN-  
BURGICO, PRINCIPI VETUSTA  
GENTIS HENETÆ, SVERINI ET RA-  
CEBURGI, COMITI ITEM SVERINEN-  
SI, TERRARUM ROSTOCHII  
ET STARGARDIÆ  
DYNASTÆ

PRINCIPI AC DOMINO  
MEO CLEMENTISSIMO

SERENISSIME DUX  
PRINCEPS AC DOMINE  
CLEMENTISSIME

**A**D TUUM, SERENISSIME PRINCEPS, pul-  
vinar provolutus offero TIBI Dispu-  
tionem Inauguralē meam, propediem  
ummo assistente Numine, in hunc præcipue  
nem publico in, conflictu defendendam, ut  
animi

animi mei Domui TUÆ SERENISSIMÆ perenni cultu devotissimi pietatē & sumam observantiam in FRATREM TUUM, Principem gloriosissimæ memoriæ, Herum meum quondam Clementissimum, quippe qui me jussit, ut honores, ad majorem muneri novo mihi demando conciliandam autoritatem, more consueto, Doctorales capesserem, tester probis omnibus. TE vero, Dux SERENISSIME, non ausus fuisset adire, maximo eminentissimæ TUÆ dignitatis ac virtutum TUARUM splendore perculsus, nisi TUA clemens benignitas cum vera in DEUM pietate arctissimo vinculo sociata, quæ inter rariores Principum virtutes velut fulgidissima Venus inter stellas micat, pro qua etiam vocationem ad Ephoriam Güstroviensē à FRATRE TUO SERENISSIMO mihi benignissime datam, ratam voluisti, & me advenā suscepisti Clementissime, animos addidisset ad molienda ea, quæ nunc perficio. Respice igitur nunc, SERENISSIME Dux, Domine Clementissime, me servum TUUM humilissimum, meumque opusculum ex inæstimabili verbe)

verbo Divino & pretiosissimis Ecclesiæ no-  
stræ libris Symbolicis pro Sacrosancto Ba-  
ptismo contra Fanaticorum hodiernorum in-  
jurias vindicando adornatum, quod NOMINI  
TUO SERENISSIMO ac Patrocinio Clementissi-  
mo censui esse humillime consecrandum. Cœ-  
terum inter fausta omnium vota, quæ boni  
quotquot subditi sunt, pro salute TUA sub no-  
vi anni auspiciis faciunt, DEUM & ego de-  
misso cultu veneror, ut TE Augusta cum TUA  
Domo ad sui Nominis gloriam & Terrarum  
Meclenburgicarum commodum ac solatium  
perpetuum sospitet & conservet

SERENISSIMO NOMINI TUO

*Ardentissimis ad DEUM precibus, humillimo cultu  
atque obsequio devotissimus*

Johannes Christianus Schaper.

In nomine JESU Amen!

## PROOEMUM.



**I** quoddam genus hominum est, quod ætate nostra nostram Ecclesiam miserè ubiqve vexat, est illud sane, quod vulgò appellamus Pietistas. Non una nec de lana caprina nobis cum iis est con-

troversia: Sed ipsorum errores per totum doctrinæ corpus sese diffundunt, nec ergo fundamentales fidei Articulos sinunt esse illibatos. Quicquid evolverint in Baptismum, illud Sacramentum Sacrosanctum, & quomodo illius contemtores Ecclesiam perturbaverint, Tibi L. B. præsens sistet Disputatio. Paucos ante annos Berolini Michæel Schulz / Pietista famosus, eò est prolapsus, ut infantem suum baptizari noluerit, errori suo ita pertinaciter inhærens, ut illum nec Ministerium Fridericopolitanum nec Consistorium Regium ipsi eripere potuerint. Quam verò pertinaciam hæreticam Serenissimus quondam ac Potentissimus Rex Borussiæ FRIDERICUS I. Pater Patriæ desideratissimus, justè ultus factorem illum fanaticum in exilium jussit ejici, ut ex sequenti patet Regio mandato:

A 2

308

Von Gottes Gnaden FRIEDRICH König  
 in Preussen etc. Unsern Gruß zuvor / Liebe Getreue:  
 Was der Evangelische Lutherische Prediger auff der  
 Friedrichs - Stadt Ern M. Joachim Ernst  
 Berger / wieder Michael Schulzen / Bürgern und  
 Schustern daselbst / in puncto der seinem neugebohrnen  
 Kinde verweigerten Tauffe bey Uns aller unterthänigst  
 klagend angebracht / solches geben wir Euch aus dem  
 Beyschluß zu ersehen. Nachdem nun die Sache in  
 unserm Consistorio bereits gehört worden / und be-  
 sagtem Schuster zureichende Vorstellung geschehen /  
 derselbe aber seinen Irrthum nicht erkennen / noch  
 das Kind durch die Tauffe der Christlichen Kirche ein-  
 verleiben lassen will: Als befehlen wir Euch hienitt  
 in Gnaden / ihn so fort in Verhaft zu nehmen / und  
 wenn solches geschehen / das Kind ohne fernern Ver-  
 zug tauffen zu lassen / ihm aber darauß ferner / wei-  
 len dergleichen Schwärmer in dem Römischen  
 Reich nicht geduldet werden sollen / innerhalb  
 14. Tagen / à dato insinuationis dieses Rescripti von  
 hier und aus unsern Landen / jedoch ohne einige Be-  
 schimpffung / wegzuschaffen / mit dem Bedeuten / daß  
 er / bey Vermeidung schwerer Straffe / in selbigen  
 sich nicht wieder betreten lassen solle. Sind Euch mit  
 Gnaden erwogen. Gegeben Cölln an der Spree/  
 den 2. Maji 1707.

DL. v. Dankelman, Ilgen, ML. v. Printz, Fr. v. Hamrath,

Non

Non solus autem sic deliravit ille Fanaticus, sed ejus vestigia ibidem persecutus est Pharmacopola quidam, N. *Cunitz*, spretis vinculis atque exilio, quibus Sutorem multatum fuisse noverat. Et quicquid Berolini, idem & alibi tentarunt ejusdem generis Fanatici, Pædobaptismum proscripserunt. *Hale* Sutor, Sutori Berolinensi similis, non minus infantis sui ipsius refragatus est Baptismo. Id quod etiam *Giessæ* Sutor fecisse refertur. Illis Sutoribus *Johannem Bôrroh Jenensem* jungo Sutorem, à Sutore quodam *Coburgensi* suo quondam magistro, Fanatico pessimo, miserè seductum. Susceperat hic ex utraque priorum uxorum suarum liberos aliquot, quos absque mora curaverat baptizandos. Cum verò anno 1711, ipsi natus esset infans, permittere noluit, ut ille tingeretur Baptismo, nec potuit adduci, ut suum agnovisset errorem, qui tam altè ipsi fuit infixus, ut illius causa domum, liberos & conjugem deseruerit. Ecce! quanti ab iis habeatur Baptismus, quantumque injuriæ Sacramento illi Sanctissimo inferant, qui sese pietatem unicè sectari, cupiunt videri, tot ac tanta scandala, hæctenus in Ecclesia nostra prorsus inaudita, probant luculenter. Nefanda autem illa à nobis relata ansam nobis suppeditarunt in Baptismi Necessitatem à Fanaticis ipso facto negatam inquirendi. Hanc rem pertractandam duobus absolvam capitibus, Capite I. errores Fanaticorum recensiturus Necessitatem Baptismi oppugnantium. Capite II. illos refellam, & Baptismi demonstrabo Necessitatem. Faxit DEUS T. O. M. ut omnia cedant ex voto.

## CAPUT I.

§. I.



Nil est ferme in toto de Baptismo Articulo, quod hodierni haecenus non essent aggressi Fanatici. Quicquid autem est, quod aeternae opposuerunt veritati, eò redit, Baptismum tantæ non esse necessitatis, sicut asseratur ab Orthodoxis. Id quod luce clarius, si illorum errores enarravero, elucescet.

§. II.

Baptismum à Christo esse institutum, negat Dippelius (a) cum plerisque Socinianis (b) blaterans, sic sey ursprünglich eine Jüdische Ceremonie, solche habe Christus wegen des fleischlichen Volks noch eine Zeitlang beybehalten; fingitque (c) Paulum ita respondisse: Ich habe bezeuget / daß ich nicht gesandt sey zu tauffen / sondern das Evangelium zu predigen: Warum seht ihe Verföhler denn die Tauff Ceremonie in das Evangelium neben Christum / und schreyet / wie jene aus der Beschneidung: Wo ihe euch nicht tauffen lasset / so können ihr nicht selig werden?

§. III.

Donatistarum error, ministerium malorum inutile & inefficax esse proclamantium, Fanaticis nostris ara focusque est; pro quibus manibus pedibusque pugnant. Hinc non est, quod miremur, illos vociferari, Baptismum ab irrogenitis administratum

(a) Wahre Wasser-Tauffe der Christen p. 16. 24.

(b) Vid. B. D. Schomerus in Colleg. Anti-Socin. c. 17.

(c) Im beurtheilten Weicht-Water. p. 22.

stratum nullius esse efficacis. Ita enim *Dippelius* (d) ich erkenne / inquit, gleichfalls keine wahre Tauffe / und bey der Tauffe keinen Gnaden-Bund der Seeligkeit und Wiedergeburt / es sey denn / daß so wohl der Täuffling / als der Täuffer Gott sein Herz durch den Glauben geöffnet / sich Christo unterworfen / und dieser aus dem Schatz seines guten Herzens in Christo geistliche Gaben zur neuen Geburt / welches dem Ampt des Geistes zukommt / kan mittheilen / jener aber / durch ein gläubiges und Gott unterthäniges Herz annehmen. Wüßte ich eine solche Tauffe und Täuffer / ich wolte mich alle Stunden wieder tauffen lassen. Denn ich weiß / daß ich in meiner Kinder-Tauffe / so viel als nichts zum neuen Leben und göttlichen Wandel empfangen. *Prolixius* hac de re agit *alibi* (e), ubi ita concludit: Hölzerne Priester / hölzerne Tauffe / hölzernes Gemeine / hölzernes Nachtmahl. Todte Prediger / todes Wort. Auffer Christo / falsche Apostel / ja Satans-Apostel / die nur von Christo abführen / und das Reich der Finsterniß nothwendig befördern müssen. Cum *Dippelio* consentit *Arnoldus* (f). De Donatistis hæc refert: Ihnen ward dieses vor einen Irrthum ausgeleget: Die Tauffe und andere Handlungen wären nicht kräftig / wenn sie von einem bösen Menschen verrichtet würden. Ein Todter könne ja nicht lebendig machen / ein Krancker nicht heilen / ein Blinder nicht erleuchten / ein Unreiner nicht reinigen / ein Nackender nicht bekleiden. Ex sequentibus autem apparet, *Arnoldum* Donatistarum subscribere errori. Argumenta enim Donatistis ab Orthodoxis opposita de fructu admittitur. Antesignanorum suorum & ceteri sectantur sententiam. Id testantur Collectores der unschuldigen Nachrichten

21 3

ten

(d) In dem entdeckten falschen Maas der Prüfung an Herrn D. Meussen. p. 41.

(e) Wegweller zum verlohrenen Licht und Recht. p. 107. & seqq.

(f) Kirchen und Regier Historie T. 1. L. 4. c. 8. p. 204.

ten (g). Dahin gehen/ inqvint Viri illi Celeberrimi, die bisshet unter dem Schein die Pietät zu befördern/ und die Orthodoxie einzuschrecken/hin/ und wieder vertheidigte ärgerliche Lehren; inter quos errores & hunc referunt, es sey keine wahre Tauffe/wo nicht der Tauffer fromm ist. Cum quibus jungimus B. D. Mayerum (h) ita de Pietistarum erroribus judicantem: Kein Prediger/er sey denn Grund-fromm/ kan recht tauffen/ und Gutes Wort predigen/ ist der Pietisten Lehre.

## §. IV.

Dum Baptismus adversariis nostris, non minus ac Socinianis aliisque veritatis hostibus, nil nisi merum est regenerationis signum, facile est conjectu, quid isti de Baptismi Re Coelestis cum terrena arctissime conjuncta, quidque de *Unione Sacramentali* sentiant. More suo acriter utramque perstringit Dippelius (i). Und so auch von der Tauffe/ ita porro pro furore suo invehitur in Generosum atque Magnificum D. D. *Kraekvizium*, Fautorem nostrum Venerandum: Wenn Christus die Leute von der Unione Sacramentali unterrichtet/ und ihnen gezeigt/ wie der Heil. Geist sich von dem Priester/ durch die Worte der Einsetzung/tauffe ins Wasser bringen. Auf solche Geheimnisse habe ich in meiner Thesi reflectiret, und sie *na'* *αὐτοματῶν* Geheimnisse genennet/ ob es schon lauter Phantasmata der natürlichen Orthodoxen Vernunft/ und keine von Gott geoffenbahrete Geheimnisse sind. Denn nicht nur die Schriften der Jünger Christi und der Aposteln von diesem Schul-Krahn und heidnischer Pedanterie nichts wissen/ sondern auch die erste Kirche hat bey dreihundert Jahren Gott in Christo ehren können/ ohn etwas von solcher Gauckeley zu verstehen. Secundum ergo Dippelium nec Materia Coelestis, nec, illa deficiente,

(g) Ad annum 1711. p. 718. 719.

(h) In Manipulo Observationum Anti-Pietisticarum III. p. 26.

(i) Schild der Wahrheit &amp;c. p. 35.

te, unio Sacramentalis est Baptismo, nihilque ei, nisi mera aqua relinq̄itur.

## §. V.

Nec Norma actionis hujus Sacramenti placet Fanaticis, parum referre putantibus, an Baptismus in nomine Patris, Filii & Spiritus S. vel tantum in nomine JESU administretur. Se enim illius esse sententiæ prodit *Arnoldus*, Arianorum ubique defensor acerrimus. De Arianis enim recenset sequentia (k): *Bißwellen* aber mögen sie auch nur im Nahmen Christi allein getauffet haben/wie sie es in der Apostel Geschichten fanden/und wie solche Tauffe auch von den Patribus vor gültig gehalten wurde.

## §. VI.

Circa Baptismi *Objectum* errant quoque gravissimè, regentis tantum Baptismum esse dandum, asserentes. Hunc errorem: Die Wasser-Tauffe ist nicht die Wiedergeburt / sondern nur eine Abbildung dessen / und also keinem mitzutheilen / als wer bereits im Stande der Buße und des Glaubens sich befindet: sparsit *Römelingius* (l). Errorem cum errore jungunt Pædobaptismi hostes acerrimi. Illum enim tanquam inventum humanum, Sacræ Scripturæ profus ignotum & Anti-Christi fraudationem rejiciunt atque damnant. Quanti ducat *Arnoldus* Pædobaptismum, verbis testatur sequentibus (m): Mit den kleinen Kindern wolte es darumahl noch nicht recht zum stande / und durchgehenden Gewohnheiten kommen / ob schon einige bereits damit angefangen hatten / sie auch zu tauffen. Die Ursache war / weil man keinen ausdrücklichen Befehl oder Exempel von der Apostolischen Gemeine vor sich hatte. Und haben wir schon im vorigen Capitel vernommen / daß zu Cypriani Zeiten eine Frage entstanden / ob man die Kinder am achten Tage

B

erst

(k) L. c. pag. 186.

(l) Nachricht seiner völligen Herausführung aus Babel, p. 68

(m) l. c. L. 5. c. 9. p. 106.

erst / oder alsbald nach der Geburth tauffen sollte. Woraus ihre Ungewißheit von der Sache selbst am Tage lieget. Da ohne dem die berühmtesten Männer es gar nicht vor gut hielten / die Kinder so klein zu tauffen / sondern es heftig urgirten / daß man warten sollte / biß sie erwachsen wären. *Iphus acerbissimum in Pædobaptismum innocentem odium ex eo quoque elucescit.* *Quackerorum eorumque Antesignani, Barclaji nec non aliorum Angliæ Fanaticorum scommata virulenta enarrat in eum effusa, sed non eodem modo, quo vel acta vel doctrinam Theologorum Orthodoxorum recenset.* Horum ne verbulum quidem vel minutissima prætermittit, quæ non castigat acerbissimè; illorum verò scommata, (n): Die Kinder-Tauffe ist eine pur lautere Menschen-Sagung / wovon in der Heil. Schrift weder Exempel noch Befehl zu finden ist. Die Kinder-Tauffe ist unrechtmäßig / und Anti-Christlich / und ist eben so wohl bergönnet / eine Rahe oder Hund zu tauffen / als ein Kind der Gläubigen / ipsi nullam merentur censuram.

## §. VII.

Quantum Sociniani, Aminiani, Tremuli, aliique ejusdem farinae homines tribuunt Baptismo, tantum efficaciæ & hodierni ei concedunt Fanatici. Hoc confirmabunt illorum confessiones. In Baptismum ejusque efficaciam ita bacchatur *Dippelius* (o): Aus der Tauffe selbst ein instrument und Gefäß der Gnade GOTTES in Christo wollen machen / wie sie von dem Tauffer und Täuffling abgesondert / angesehen wird / ist der ärgste Betrug und Aberglaube / der aus Heil. Schrift nimmermehr zu beweisen. GOTT ist in dem Tauff. Wasser selbst auff keine andere Weise / wie Er in allen Wässern ist; Das Gnaden-Reich in Christo erstreckt sich nicht ins Wasser / ins Brodt und Wein / lässet sich auch unter solchen Symbolis nicht fortzupflanzen / sonst wäre der Weg zur neuen Creatur gar compendi,

(n) l. c. T. 2. L. 17 c. 20. p. 669. &amp; 496.

(o) Wegweise zum verlohrenen L. und R. p. 108.

pendios. Nec mitior hac de re est Römelingii sententia. Ipsi enim est Baptismus nur eine Abbildung der Wiedergeburt (p). Quovis quidem modo suam de Baptismi efficacia sententiam operit *Arnoldus*. Fiduciam irrogenitorum in Baptismum susceptum frustra positam tantum reprehendere quidem videtur, toties de Opere operato differens. Sed suam ipse ultro citroque detegit fraudem. Ab Arianis enim atque Messalianis stat ubique, Orthodoxos econtra subdolè suggillat (q). Profitetur tandem, quicquid sentiat. De conviviis Baptismalibus opipare apparatis conqverens, in hæc prorumpit verba (r): Was hätte wohl vor eine schädlichere Kezerey und Irrthum können erdacht werden/ als die aus dem Dabsthum noch bey vielen tausenden übrig war/welche sich / bey so schädlicher Handlung der Tauffe / freylich einbilden mußten/als brächte sie die Gnade dem Menschen bloß mit dem äusserlichen opere operato, oder nehme die Sünde so weg/das es hernach keines Glaubens/Kämpffens/ Leidens/ Betens/und anderer Mittel/brauche. Ecce! non de adultorum, sed de Baptismo infantum sermo *Arnoldo*. Illius efficaciam si non crederet, à Parentum & Convivarum fide & pietate dependere, sanè alia fuisset usus loqvendi ratione, nec blaterasset, infanti baptizato propter Parentum & Convivarum superbiam ac luxuriam gratiam Dei non conferre potuisse Baptismum.

## § VIII.

Totum ita de Baptismo Articulum pævagati sunt Fanatici. Vix reliquum ipsis mansit, quod non arrosent. Nunc autem, nobis erit demonstrandum, errores illorum ordine supra enarratos errorem gignere nocivum, Baptismum non adeo esse necessarium. Et res profecto ita se habet. Si enim Baptismus à Domino non est institutus, sed tantum Ceremonia est Judaica, si à nemine, nisi a Ministro regenito potest administrari salutari.

B. 2

ter,

(p) l. c.

(q) l. c. T. 1. L. 4. c. 8. p. 186. 206. 207.

(r) T. 2. L. 16. c. 12, p. 182.

ter, si constat ex mera aqua, nec hæc cum Re Cœlesti est unita, si res dubia est, quorum cum repetitione verborum vel aspersio vel immersio sit conjungenda, si solum regeniti sunt baptizandi, & Pædobaptismus est inventum humanum, si nec gratiam nec salutem confert Baptismus, sequitur necessario, Baptismum exiguæ modò vel planè nullius esse necessitatis. Quid enim Christianis cum ceremoniis Judaicis? Qvis semper potest esse certus de vera fide Ministrorum? Si autem dubitandum est de illorum regeneratione, parum spei de Baptismo relictum est ab iis instituendo, hocque ipso decidit ejus necessitas. Cui usui mera potest esse aqua animæ peccatoris? Qualis ergo Necessitas Baptismi? Quid juvat, Infantes baptizare, si Pædobaptismus est Anti-Christi opus & supervacaneum?

## §. IX.

Hæc autem non frustra, sed cum in finem ob oculos ponuntur Lectori, ut videat, quomodo, non ob unam, sed ob tot & ipsis quidem gravissimas causas, Fanaticis sit asserendum, Baptismum non adeo esse necessarium, quomodo error hicce ipsis sit proprius atque domesticus, quomodo tot tantisque ille innitatur fulcris, quomodo ergo sit difficile ac a duum, nisi erroris hujus stabilimenta antea fuerint perfracta, prostratu illud monstrum Fanaticum.

## §. X.

Sufficerent hæc ad Fanaticorum errorem. Baptismi necessitatem multifarie negantium, demonstrandum. Sed placet ipsos hac de re audire. Die Tauffe / ait *Dippelius* (s), müste/wenn das wahre Wesen in Christo gefunden werde/als was unterschiediges und unzulängliches zurück gesetzt werden. Es sey am besten /die Tauffe gar abzuschaffen/weil der Gebrauch von dem Mißbrauch nicht mehr könne unterschieden werden/und also  
der

(s) Wahre Wasser-Tauffe der Christen Vid. U. N. ad annum 1705. P. 210. & seqq.

de: ganze Bettel seinen völligen Ruin nunmehr erreichen könnte/zumahl da solche Ceremonie nur bis auff die Tage der Besserung / oder das tausendjährige Reich bestimmt wäre. Wo ihr (ita furiose exlamar *Dippelius*) in der Tauffe und Abendmahl Wiedergeburt / Vergebung der Sünden/Stärkung des Glaubens suchet / so ist Euch Christus kein nitze. En necessitatem Baptismi, quam credunt Fanatici! Totus ab ipsis de Ecclesia exterminatur Baptismus, tum nefarie etiam ab iis proscinditur, ut pii ideo tota mente merito contremiscant.

## S. XI.

Nunc autem erit in propatulo, unde orta sint scandala, quorum supra facta est mentio. Postquam enim Sutores illi infulsi errores recensitos imbiberunt execrandos, non potuerunt non baptismo infantum suorum refragari. Id quod comprobant Sutoris illius Jenensis acta luculenter. Falso ille suspicatus est, Ministros ibi esse irrogenitos, hinc noluit, ut à quodam illorum infans ipsius baptizaretur. Pædobaptismum cum suis impostoribus credidit Scripturæ adversari veritati, quam ob causam petiit, ut ipsi prius demonstraretur, illum in Sacra Scriptura esse fundatum, quam infans ipsius tingeretur Baptismo. Ejusmodi verò fructus Ecclesiæ exitiosos progignunt semina, quæ hodiè Fanatici ultro citroque in hominum animos prohdolor! impunè disseverunt. Si autem illorum quicquam est, quod ad simplices seducendos & Pædobaptismum, præsentis tempore fanatico, sustollendum, est aptum imprimis, puto illud esse, quod *Arnoldus*, ut rem memoratu dignissimam commendat. Commemorat ille, prima Ecclesiæ Lutheranæ ætate, liberum quibusdam in locis fuisse Parentibus, infantes suos vel curare baptizandos, vel illud intermittere. Et ut rei addat pondus, jactat, Theologum recentiore, D. *Joachimum Hildebrandum* morem Christianorum antiquum, baptismum suum usque ad ultimum vitæ ter-

minum differentium summis efferre laudibus. Habent hic errorum fanaticorum Studiosi ac Fautores, quo rem suam pessimam possunt exornare, obtendendo, se nihil novi nec adversi Ecclesiae Lutheranae moliri Paedobaptismum proscripturos. Verba autem *Arnoldi* ita sonant (t): Sehr nachdrücklich und merckwürdig ist es/was in einigen Gemeinen beym Anfang der reformation im Brauch gewesen / und von Lutherischen Predigern vor gut und Christlich erkandt worden / nemlich daß man die Kinder-Tauffe in die Christliche Freyheit gestellet / und die Leute nicht eben dazu gezwungen / oder im Fall der Unterlassung verfolgt / wie hernach geschehen. Denn so stehet ausdrücklich in einem Büchlein welches renovatio oder Erneuerung der Nördlingischen Kirche genennet / und schon anno 1525. publiciret worden: Wir tauffen Kinder auch erwachsene Leute. Wir hatten die nicht ab von der Gemeine / welche die Kinder nicht zu tauffen bringen / sondern sie nur mit Auflegung der Hände und Gebeth der Heiligen Christo dem Heyland und Mittler befehlen. Christus hat kein Alter zu tauffen bestimmet / doch auch keines verbotthen: Er hat den Jüngern zu tauffen befohlen in Nahmen des Vaters / Sohnes / und des Heil. Geistes Matth. 28. Er hat befohlen die Kindlein herzubringen / und die Jünger gescholten / welche es wehren / und dabey gesagt / daß solcher das Reich Gottes wäre. Nun aber wird nichts hoffentlich von der Tauffe abhalten / welches das Reich Gottes schencket. Daß es also unrecht ist / durch eine Sakung eine Sache verunehren / die an sich selbst frey ist. Und in dem wir in den Concilien lesen / so halten wir davor / man müsse das eben nicht verwerffen / was die Väter sagen / nemlich daß wir ihnen / den Kindern / auch den Heil. Geist absprächen. Dem Concilio zu Carthago hat die Kinder-Tauffe gefallen / aber eine freye / die gefällt uns auch. Wir zwingen niemand / aber wir wehren auch niemanden / in einer Sache / die weder befohlen noch verbotthen ist. His addit *Arnoldius* & sequentia: Fast eine gleiche Anstalt war auch dazumahl bey andern

(t) l. c. T. 2. L. 16. c. 11. p. 130.

andern Gemeinen / welche die Betrügereyen des Pabstthums  
 eingesehen / und sich dabero von dessen Menschen-Sagun-  
 gen los gemacht hätten. Zu Waldshut hielt man es auch  
 vor eine freye Sache / doch daß man den Eltern / die  
 ihre Kinder tauffen lassen wolten / es nicht wehete.  
 Denn also schrieb eben im obbemeldten Jahre Pacimontanus,  
 an statt der Tauffe lasse ich die Gemeine zusammen kommen/  
 bringe das Kindlein hin / und erkläre das Evangelium deutsch  
 aus Matth. 19. Da brachten sie dies Kindlein zu J. H. M.  
 Darauff gab ich ihm den Nahmen / und die Gemeine kniet  
 nieder / und betet vor das Kind / befiehet es in die Hände  
 Christi / daß Er ihm gnädig sey / und betet vor dasselbe. Wo  
 aber die Eltern noch schwach sind / welche mit Ernst das Kind  
 wollen geauffet wissen / so thue ich es / und bin in der That  
 mit den Schwachen eine Zeitlang schwach / bis sie eines bes-  
 sern unterrichtet werden: Aber in dem Worte weiche ich ih-  
 nen nicht auff einen Buchstaben: His relatis pergit *Arnoldus*:  
 Welche Weise einem andern dazumahl wohl gefallen hat / daß  
 Er wünschte / sie möchte überall eingeführet werden: Dabey  
 noch einander seht / er hätte damahls noch nicht die Sprak-  
 che gefunden gehabt / die zur Kinder-Tauffe zwingen/  
 nemlich damit man auff der Wiedertauffer Einwürffe doch  
 einiger maassen sich entschuldigen könnte / ob er wohl keinen  
 ausgedrückten Befehl hiedon in der Schrift zu finden wuste.  
 Hingegen rühmet ein neuer Theologus diese Weise der alten  
 Christen also wohl gegründet / daß sie die Tauffe bis ins männ-  
 liche Alter / oder gar bis in den Tod verschoben haben / und  
 deswegen die Tauffe mit dem schönen Nahmen des Zehr-  
 pfennings beehret hätten. Hæc autem omnia iusto  
 infra subjiciemus examini.

## CAPUT

## CAPUT II.

## S. I.

**F**Anaticorum errorés, quorum quisque Baptismi necessitatem dejicit, hæcenus recensuimus. Nihil autem ab ipsis perceperimus esse prolatum, quod jam olim Baptismo ejusque necessitati non opposuissent Anabaptistæ, Calviniani, Sociniani, Arminiani aliique hæretici. Horum enim armis oppugnare veritatem ipsis solenne est. Nihilominus tamen urget necessitas, ut eorum argumenta, quibus Baptismi necessitatem prosternere omni opere sunt adisti, denuo dissolvantur ad veritatem hanc vehementissimè hucusque oppugnatam eo magis stabiliendam; quod opus nunc aggredior.

## S. II.

Cum Socino (a) asserente, *Apostolos vi mandati Divini ad baptizandum impulsos, nihil plane constare, probabilius esse, eos Johannis imitandi studio incitatos baptizasse, Christo pro sua sapientia consentiente in re præsertim indifferente, conveniunt Fanatici; illo tamen ipsiusque affectis iniquiores Baptismo, quem non à Johanne, sed à Judæis, ut minoris habeatur pretii, ad nos venisse, propugnant. An verò ita se res habeat, nunc inquirendum erit. Illorum sententiam, qui Judæos CHRISTI exemplum imitatos Baptismum inter sese demum introduxisse putant, licet rejicere-mus, potius subscribentes Seldeno (b) hanc sententiam ita refel-lenti: Si ita res se habuisset, procul dubio de ea non reticuisset primi-tivi temporis Patres Christiani. In Christianismum ita Baptis-mus Judaicus fuisset velut transitio quadam, seu transitionis um-bra non silenda: Nec sanè Judæos in re adeo insigni ac publica, atque in ipso initiationis ritu, mores eorum, quos tanto semper odio persecuti*

(a) Tom. I. Oper. fol. 752.

(b) De Synedrüs Lib. 4. c. 5.

prosecuti sunt, imitatos esse, nec à majoribus ante Christum Baptismum accepisse, omnino est verosimile. Si concederemus quoque Baptismum Profelytorum Judaicorum Johannis aetate jam fuisse usitatum, nec diffiteremur, sat speciosam esse convenientiam illius cum Christi Baptismo, Novi Testamenti Sacramento, quam ubiqve doctiores objiciunt nobis Fanatici, si hac de re nobis cum iis est controversia: Nihil tamen Fanatici lucrarentur, quo comprobare possent, Baptismum nostrum esse meram Ceremoniam Judaicam. Huic enim commento obstant Christus, Apostoli ipsorumque praxis. Christus Johannis Præcursoris sui Baptismum, qui qua essentiam & qua efficaciam idem fuit, ac Domini Baptismus, affirmat esse ex coelis, h. e. *Johannem baptizandi autoritatem immediate à Deo accepisse*, ut id B. Gerhardus (c) quam plurimis demonstrat argumentis, nec non ipsa idem testatur Scriptura. *Factum enim est verbum Domini super Johannem Zacharia filium in deserto, & venit Johannes in omnem regionem Jordanis predicans Baptismum pœnitentia in remissionem peccatorum.* Ecce! Johannes Baptista divino tam baptizandi quam prædicandi fuit instructus mandato Luc. 3, 2. 3. Et Joh. 1, 33. ipse Johannes: *qui, inquit, misit me ut baptizarem aqua &c.* Si autem ille Johannis fuit ex coelis, quomodo Baptismus à Judæis potuit venire ad Christianos? Sane non Judæos, sed potius Johannem, quem Prophetis majorem, imò quo majorem esse neminem noverant, imitatos fuisse Christianos, vel ipse Dippelius concedet. Si verò imitati sunt Johannem, quod asseruit Socinus, quod forsitan nec Fanatici negabunt, Baptismus Christianorum non Judaici, sed nobilioris est ortus, cujus fuit ille Johannes in N. Testamento primus baptizavit, baptizandi autem autoritatem accepit à Deo immediate. Ergo Baptismus N. Testamenti non est ritus Judaicus, sed *magnam*, ait Gerhardus, (d)

C

Baptis-

(c) Harm. Evangelicæ c. 150. p. 790. &amp; seqq.

(d) l. c. p. 795.

Baptismatis Sacramento conciliat dignitatem, quod, qui primus illud administravit, immediate a Deo fuerit vocatus & missus, quod Christus innuit; quando Baptismum Johannis non ex hominibus, sed ex caelo fuisse, asserit. Quemadmodum enim Paulus Gal. I. 1. immediatam suam vocationem sic describit, quod nec à π' àνθρώπων nec δὲ ἀνθρώπων sed per Christum & Deum Patrem sit vocatus: ita quando Christus negat, Johannis Baptismum fuisse ex hominibus, utrumque complectitur videlicet, quod Johannes, nequaquam proprio arbitrio Baptismi Ceremoniam administraverit, quodque non acceperit mediatam aliquam vocationem, sed a DEO ipso immediate, manu quasi è caelo exerta sit vocatus, ut Baptismus eo majori auctoritate introduceretur, nec minoris censeretur, quam circumcisio ab ipso DEO immediate instituta. Christus Joh. 4. 1. 2. legitur plures discipulos fecisse, & baptizasse, quam Johannes, quamquam JESUS ipse non baptizaverit, sed discipuli ejus. Ergo & Christo tribuitur Baptismus. Excipit Dippelius: Sie sey ursprünglich eine Jüdische Ceremonie, solche habe Christus / wegen des fleischlichen Volks / noch eine Zeitlang beygehalten. Verum enim vero errat ille quam gravissime. Christi Baptismus non fuit, nec esse potest vilioris conditionis, quam Baptismus Johannis. Hic fuit ex caelis: Ergo & ille. Si verò est auctoritatis divinae Baptismus Domini: Ergo nihil commercii habet cum ritu Judaico. Ergo merum ac nefandum est commentum, Christum in breve modo tempus retinuisse, ac propter populum carnalem tolerasse Baptismum. In verbis Evangelistæ & hoc est observandum: Baptizarunt discipuli, & tamen Christus baptizasse dicitur. Baptismus ab illis administratus idem est Johanni Evangelistæ, ac si Jesus ipse suis manibus eum administrasset. Non frustra autem sic describitur Baptismus discipulorum, sed ut innotescant omnibus ejus qualitas atque origo, ut luce clarius appareat, ejusdem virtutis, efficaciam atque auctoritatis esse, cujus fuisset Baptismus à Christo ipso datus. Quicumque autem Baptismus, quamquam ab hominibus administratus, Christo tamen ita tribuitur,

tur,

tur, ac si eum ipse administrasset, ideoque divinæ virtutis, efficacia ac autoritatis esse prædicatur, ille Ceremonia Judaica nec est, nec esse potest. Atqui Baptismus discipulorum. Ergo &c. Christus duo constituit media, per quæ ipsi Ecclesia colligeretur. Alterum est Evangelium, alterum Baptismus. Nam cum mandato prædicandi Evangelium junxit & mandatum baptizandi, Matth. 28. 19. His duobus ad plantandam Ecclesiam semper usus est Jesus. Grata enim, inquit B. Chemnitius, (e) nobis esse debet illa Evangelistæ Johannis notatio. Alias enim juxta reliquorum Evangelistarum descriptiones videretur, Jesum ante ascensionem per discipulos suos non baptizasse, sed solius verbi ministerio Ecclesiam sibi collegisse. Nam & ex hac imaginatione quidam existimant, Baptismum Apostolorum, post resurrectionem à Christo primum institutum, & post ascensionem primum in Ecclesia inchoatum, cum hoc tantum Matth. 28. 19. Christus instituat, Baptismum, qui inter Judæos hæcenus à Baptista & discipulis administratus fuerat, posthac etiam Gentibus communem esse debere. Cum igitur Baptismus sit medium à Christo institutum, & ab ipso suisque discipulis ad colligendam Ecclesiam perpetuo adhibitum, quomodo ergo Baptismus esse potest ritus merè Judaicus? A Christo ad Apostolos eorumque praxin progredimur. Act. 2. Orationis ad Judæos, qui ad Apostolos festo Pentecostes confluerant, à Petro habitæ Lucas facit mentionem, tot ac tantos in animis auditorum relinquentis aculeos, ut corde compuncti dixerint ad Petrum reliquosque Apostolos: *Quid faciemus Viri fratres?* Huic quæstionianxiæ annectitur, quid ipsis responderit Petrus: *Respiscite,* inquit, *& baptizetur unus quisque in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti.* De salute Judæorum, quos savissimorum in Christum commissorum scelerum Apostolus accusaverat, hic agitur. Svadet autem ipsis Petrus juxta poenitentiam & Baptismum. Me verò per-

C 2

svasum

(e) Harm. Evang. L. 2. c. 28. p. 165.

svasum habeo, vix quonquam, cui mens sana ac integra est, ad-  
 duci posse, ut credat, Apostolum Judæos in re tam seria fuisse,  
 adhortatum ad Baptismum suscipiendum, si ille esset ritus me-  
 re Judaicus. Non opus erat, illos per ritus Mosaicos adducere  
 ad Christianismum. Compuncti enim stabant, quæritantes,  
 quomodo in Dei gratiam possent redire, in cujus filium unige-  
 nitum, Prophetam illum magnum per Mosen promissum quam  
 gravissime peccassent, omniaque apprehensuri, quæ modò ipsis  
 svasuri forent Apostoli. Deinde & id notandum venit. Si Ba-  
 ptismus Judaica tantum esset ceremonia, quomodo Petrus Ju-  
 dæis potuisset consulere, ut se sisterent baptizandos, & quidem  
 in remissionem peccatorum? Tantam atque eximia non peccata-  
 nempe delendi efficaciam sanè nunquam tribuent Fanatici Judæ-  
 orum ritibus; Baptismum verò tanta pollere virtute, non hoc solum  
 sed & alia Scripturæ dicta evincunt clarissima; Ergo Baptismus  
 inter ritus Judaicos minime est referendus. Est quoque porro  
 observandum, Petrum cum Baptismo jungere promissionem de-  
 donis Spiritus Sancti visibilibus. Est quicquam iterum, quòd  
 ritus mere Judaici conferre non valuerunt. Pollicebatur autem  
 Apostolus, si baptizarentur Judæi, fore, ut Spiritus S. donum,  
 acciperent. Quomodo igitur Baptismus ceremonia & ritus Judai-  
 cus nuncupari possit, non video. Ut autem multa paucis absol-  
 vam, quosvis Christianismi candidatos, sive Judæi fuerint, sive  
 Ethnici, non primis tantum Apostolatus sui annis, sed & post-  
 hac, & quoad suo functi sunt officio, Baptismo initiarunt Ap-  
 postoli. Baptismo etiam ubique divinam virtutem atque effica-  
 ciam hominem regenerandi, abluendi & sanctificandi tribuerunt,  
 eumque tot ac tantis extulerunt elogiis. Iphis enim Baptismus est  
 λετρὸν ἐν ὕδατι Ephes. 5, 26. *ἡ ἁγία ἰσχυρὸς*, ἀπέκ-  
 δυσις τῶ σώματι τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς Coloss. 2, 11, λέ-  
 γον πάλιν γενεσίαις καὶ ἀνακρίνωσις πνεύματος ἁγίου  
 Tit.

Tit. 3 5. ἐπεὶ ἡμεῖς ἀγαθῆς ἰουδαίας ἠμεῖς ἰ. Petri. 3, 21. καὶ βαπτισμοῦ 2. Petri. 1, 9. Φαίσημοῦ Ebr. 6, 4. Ubi in ritibus Judaicis ex ecclesia eliminandis occupati fuerunt, ne verbulo quidem mentionem fecerunt Baptismi, potius testati, Circumcisionis loco, Sacramenti illius Veteris Testamenti, Baptismum esse institutum. Baptizati enim Coloss. 2, 11. 12. dicuntur circumcisi circumcissione ἀχειροποίητο, i. e. interprete B. D. Schomero interna per virtutem Divinam facta. *Id autem, inquit, B. Dannhauerus (f) omnino vult Apostolus, postquam Circumcisio Christiana, qua Collossenses fuerunt circumcisi, successit Circumcisioni Judaicae, non amplius urgendum esse Judaismum ac Judaismi ceremoniam, circumcisionem, eo quod Baptismum acceperimus, qui sit instar circumcisionis ac tantundem habeat virium. Pudeat ergo Fanaticos, contradixisse Spiritui S. tot ac firmissimis evincenti argumentis, Baptismum à Deo esse institutum, maximumque inter illum tanquam Sacramentum N. Testamenti & ritus Judaicos esse discrimen. Quod vero illud attinet, Paulum scripsisse, se non missum esse, ut baptizaret, sed ut praedicaret Evangelium, est quicquam, quod Sociniani aliique haeretici, hostes Baptismi acerrimi semper urserunt. Eorum vero tela in Baptismum intorta ita sunt contracta à Nostratibus, ut miremur merito, Dippelium non erubuisse, illis irritis denuo oppugnare veritatem. Verba enim illa Apostoli, ita interpretatur h. l. B. D. Mylius (g) non ita sunt accipienda, quasi aut leviusculi momenti sit Baptismus, aut officii Apostolici nulla prorsus partes in baptizando fuerint posita: Sed muneris sui partes inter se confert, in quibus, quamvis non etiam nullus fuerit Baptismo locus, praedicationi tamen ita primas à se debere, ut huic praecipue vacandum sit: Commune hoc tamen cum aliis Apostolis Paulus habuit, qui praedicationis opere ipsi fun-cti baptizandi partes iis delegarunt, qui ad praedandum minus for-*

C 3

tasse

(f) Hodosoph. p. 1093, 1094.

(g) Comment. in Epist. 1, ad Cor. p. 16. 17.

esse erant idonei. Et hi ipsi rerum Ecclesiasticarum curam ad Diaconos rejecerant, ut liberius vacare predicationi possent. Quimos non lege magis, quam exemplo Christi inolevisse videtur, à quo Johannes scribit, neminem fuisse baptizatum, qui tamen in habendis concionibus fuit occupatissimus.

## §. III.

Pro Donatistarum errore acerrimè pugnare Fanaticos cum illis asserentes, Baptismum ab irrogenitis datum prorsus inutilem esse ac inefficacem, supra demonstravimus. Horrendum sane erat illud commentum, quo Divina Baptismi oppugnabatur institutio; sed longe plus periculi Ecclesiæ est à Donatismo recentiori. Hic enim tanquam veritas aurea ac cœlestis hodie ubique pro dolor! venditur, eoqve facilius sese plurimorum animis insinuat, cum ipsis indifferentia sint omnium religionum placita, totum vero Christianismum in studio pietatis collocent. Ut autem eò magis appareat, quicquid hætenus jam effecerit ille Donatismus, Tibi L. B. in memoriam revoco, quæ supra de Tutoribus fanaticis recensuimus. Ob hanc enim potissimum causam refragati sunt Baptismo infantum suorum, quia Pastores suos irrogenitos, irrogenitorum verò ministerium inutile esse, putarunt. Omnino ergo operæ pretium esset, accuratiori illum refellere studio, nisi argumentis invictissimis jam prostratus esset à nonnullis Theologis celeberrimis præcipue à Magnifico D. D. Fechtio, Præceptore meo filiali cultu ætatem venerando (h). Pauca tamen circa errores Dippelii, Arnoldi aliorumqve à nobis recensitos monenda esse censeo. Dippelius duo requirit ad verum atqve salutarem Baptismum constituendum, Ministrum nempe regenitum, Baptismum administrantem, & baptizandum, qui cor DEO aperuerit, vel vera fide in Christum credentem. Quod prius ipsius requisitum attinet, oppono, Sacramentum non habere fundamentum hominum Sanctitatem, sed ipsum verbum

DEI

(h) Vid. de Vera Rerum S. Disquisitio p. 78. & seqq.

DEI. Quemadmodum enim (ut Confessores nostri pro S. Coena (i), ita eodem modo pro Baptismo concludo) nec ullus Sanctus in terris, neque Angelus in caelis efficere potest, ut Baptismus sit lavacrum regenerationis & renovationis: ita nemo id Sacramentum mutare potest, ut non sit *λετρὸν παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου*, etiamsi quidam eo abutantur. Si secundum *Dippelium* à qualitate Ministrorum penderet Baptismi efficacia, iane opus fuisset, ut Christus ipse baptizasset, siquidem tunc temporis Apostoli pluribus infirmitatibus adhuc erant obnoxii. Sed Christus tempore ministerii sui noluit Baptismum aquae administrare, ut certum, ait B. Chemnitius, (k) esset, virtutem & efficaciam Baptismi non pendere ex qualitate personae, quae externam actionem administrat: Sed Baptismum, qui ministerio hominis mortalis, ex mandato & juxta institutionem Christi, datur, esse non hominis, sed Christi Baptismum, & habere virtutem & efficaciam suam non à ministro baptizante, sed ab ipso Christo, qui per externum illud ministerium intus Spiritu Sancto baptizat. Sine dubio enim illorum Baptismus dignior & efficacior habitus fuisset, quem Christus ipse suis manibus, externa actione ministrasset, quàm qui Apostolorum ministerio datus fuisset. Notum enim est, quid Paulo in simili proorsus casu acciderit I. Cor. I. 14. Ideo JESUS noluit externo ministerio ipse baptizare. Quod verò posterius concernit, superbiunt quidem Fanatici errore suo tanquam re, cui nullo modo posset contradici. Nam *Romelingius* (l) jaecat, idem asserere Sacram Scripturam, atque cum ipso convenire Lutherum. Verum enim verò, se ipsum aliosque sui similes fefellisse admodum, quod Scripturam Sacram, ex qua errorem suum astruere adnititur, attinet, luculenter probarunt Maxime Reverendi

(i) pag. 732.

(k) Harm. Evang. c. 29. p. 169.

(l) Herausführung aus Babel p. 78. &amp; seqq.

zerendi *L. Edzard* (m) *Knigge* (n) aliiqve. Quæ verò fide allegaverit Lutherum, nunc demonstrabo; Verba: nemlich auf den Glauben der Kirchen/ welchen die Paten befehen bey der Tauffe (o) quæ innuunt, contra quos disputare Lutherum, quæ ergo minime omittenda erant, omittit fraudulentè. Lutherum autem meliori jure opponere possum *Römelingio*, ita enim ille: p) Uns liegt nicht die größte Macht daran / inquit præclare, ob der da getaufft wird / glaube / oder nicht glaube / denn darumb wird die Tauffe nicht unrecht / sondern an Gottes Wort und Geboth lieget alles. Es stehet gar darauff / daß die Tauffe nichts anders ist / denn Wasser und Gottes Wort bey / und mit einander / das ist / wenn das Wort bey dem Wasser ist / so ist die Tauffe recht / ob schon der Glaube nicht darzu kömmt / denn mein Glaube macht die Tauffe nicht / sondern empfähet die Tauffe. Nun wird die Tauffe dabon nicht unrecht / ob sie gleich nicht recht empfangen / oder gebraucht wird / als die nicht an unsern Glauben / sondern an das Wort gebunden ist. Denn wenn gleich diesen Tag ein Jude, mit Schalkheit / und bösen Fürsaz derzu kämme / und wir ihn mit ganken Ernst täufften / sollen wir nichts desto weniger sagen / daß die Tauffe recht wäre. Denn da ist das Wasser sammt Gottes Wort / ob er sie gleich nicht empfähet / wie er soll / gleich als die unwürdig zum Sacrament gehen / das recht Sacrament empfaben / ob sie gleich nicht glauben. Wie kämen wir darzu / daß Gottes Wort und Ordnung darumb solt unrecht seyn / und nichts gelten / daß wirs unrecht brauchen? Ad *Arnoldum* progredior ejusque asseclas. Illum assiduuna Donatistarum se ostendisse defensorem, supra probavimus. Conqueritur autem *Arnoldus*, quod Cypriano & Agrippino licuerit, id vitio verti Donatistis, ipsosque propter doctrinam Patrum dictorum à nemine ob illam castigatorum hæresis fuisse accusatos. Sed tantum

(m) Der Geist des Frethums in den Römingschen LehrSätzen p. 18.

(n) Ausgang aus dem Evangelischen Zion p. 163.

(o) Kirchen-Vostill. Dom. 3, p. Epiph. p. m. 211.

(p) Tischreden.

tantum abest, ut errorem Cypriani, fundamentalem statuentis Baptismum non valere, nisi sit datus à Ministro orthodoxo & pio & ideo rebaptizandos censentis, approbaverint Orthodoxi, ut potius illum perstrinxerint atque rejecerint. Testis hujus rei luculentissimus Augustinus est, qui ab Arnolde prius fuisset convincendus, ipsum esse assentatum Cypriano, quam injustas in illum aliosque effudisset querelas. Cum enim se autoritate Cypriani tuerentur Donatistæ, scripta illius à Canonica Scripturarum Divinarum autoritate distinguebat, eoque ipso profitebatur Augustinus, se credere S. Scripturæ, Cyprianum verò errasse. Nos enim, ait Pater ille venerabilis, (q) nullam Cypriano facimus injuriam, cum ejus qualibet literas, à canonica Scripturarum Divinarum autoritate distingvimus. Neque enim sine causa tam saluberrè vigilantia canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarum & Apostolorum libri pertineant, quos omnino judicare non audeamus, & secundum quos de cæteris literis fidelium vel infidelium libere judicemus. Pro eo quidem, sed ita respondit Augustinus, quod hanc notam erroris in sancto viro falsè martyrii repurgarit. En ergò injuriam ab Arnolde Orthodoxis illatam, quos Donatistas solum non autem Cyprianum idem cum illis de Baptismo sentientem erroris insimulasse, fraudulenter accusaverat. Patrocinium dein Arnoldus suscipit Donatistarum. Sufficiant ipsi argumenta ab iis subministrata ad hanc defendendam & propagandam hæresin, tanti esse roboris persuaso, ut illa non possent perfringi: Eorum verò vim jam elideremus, si responderemus modo, ossa Elisæi demortui mortuum quendam resuscitasse, nec non quemlibet docere diem, Medicum agrotum agrotum sanare, Chirurgum vulneratum alterius vulneribus mederi, ancillam squalidam ac nudatam nihilominus tamen infantem lavare atque vestibus posse amicire. Sed longè fortiora restant argumenta ad debellandum Donatismum. Si ex Ministris tantum

D

nasce-

(q) Libr. contra Grelson. & 30. fol. 163

nascerentur regeniti , procederet aliquo modo argumentum adversariorum nostrorum. DEUS autem est , qui nos regignit 1. Petr; 1 3. & ex semine immortali , per sermonem DEI vivi & manentis in aeternum renascimur , v. 23. Ubi verò manet Dei misericordia , quæ n̄ ulta esse prædicatur. ? Ubi ipsius verbum , in quo DEUS se exerit vivum atque efficacem , si ex Ministrorum tantum qualitate Baptismi pendet efficacia. ? Prorsus immisericos DEUS esset erga baptizandum , si propter baptizantis tanquam alterius malitiam illi denegaret fidem , justitiam , coeterosque Baptismi fructus. Parum quoque efficaciam esset verbo DEI aquæ in baptismo conjuncto , illi immortali semini , quodque à mortali semine distingvitur , si ejus efficaciam atque vim progignendi fructus vita ministrorum irrogenitorum suffocaret ; imo vilius esset illo mortali , quod tamen suam progerminandi vim retinet , quanquam ab irrogenitis in agrum differatur. Coeterum rem tuetur Arnoldus , quam ipsi deseruerunt Donatistæ. Vi enim veritatis adacti concesserunt , Ministrum , cujus vitia nondum essent notoria , Baptismum ritè ac salutariter administrare , (r). In Concilio Carthaginensi ipsorum decreverunt Episcopi , ut Bibliorum proditores reciperentur , quanquam nollent rebaptizari ; cui etiam decreto Deuterius omnesque in Mauritania paruerunt Episcopi. (s). Maximinianistas quidem semen esse serpentis proclamarunt , illorum tamen Baptismum verum ac efficacem judicarunt Donatistæ , eos , si ad ipsorum castra redibant , non rebaptizantes (t). Plura si hujus rei desiderantur testimonia , Videatur Maxime Rever. Storre (u). Hæc verò Arnoldo opposita refellunt quoque coeteros fanaticos , eandem erroneam sectantes

(r) Aug. L. 2. contra Parmen. c. 10

(s) Idem Epistol. 49. T. II. 120.

(t) L. 4. contr. Cresc. c. 4.

(u) In dem ausführlichen und gründlichen Bericht von den Donatisten p. 104. & seqq.

stantes sententiam, probantque dilucidè, & irrogenitorum baptizantium ministerium utile esse atque efficax.

## §. IV.

Nunc occupabimur circa errores fanaticos, quibus oppugnantur & Res Baptismi Cœlestis & Unio Sacramentalis, quæ eo ipso fit momento, quo homo aqua aspergitur. Baptismum meram esse aquam, blaterat *Dippelius*, Rem autem Cœlestem & Unionem Sacramentalem, quas docemus, tanquam phantasmata insulsæ rationis orthodoxæ irridet ille pessimus Democritus. Verum Baptismum non esse prorsus aquam simplicem, sunt verba Lutheri, (y) sed ejusmodi, quæ verbo & præcepto DEI comprehensa & illi inclusa sit, & per hoc sanctificata, ita ut nihil aliud sit, quàm DEI seu divina aqua, non Catechismus Minor Lutheri solum, ut debacchatur *Dippelius*, sed ipsa etiam S. Scriptura verbis testatur, clarissimis. Nam Eph. 5. 26. Baptismus salutatur τὸ λουτρὸν τῆ ὕδατος ἐν ῥήματι. De Baptismo, minimè vero de Verbo, ut Grotius in Notis ad h. l., nec de poenitentia, ut volunt Socinus atque Ostorodus, Apostolo hic esse sermonem, evincunt ipsius verba sole meridiano clariora. Τὸ λουτρὸν nec verbum nec poenitentiam, nec quicquam aliud significat, sed ipsam aquam, qua nos abluisimus vel lavacrum. Ut autem eo magis appareat, de Fluminis Baptismo ab ipso agi, addit Paulus vocabulum τῆ ὕδατος; admonitus à Spiritu S, ut rem quàm clarissimè exprimeret, ne hostibus Baptismi remaneret quicquam, quo se suumque errorem possent tueri. De Baptismo verò prædicatur, quod sit lavacrum aquæ ἐν ῥήματι, i. e., lavacro, interprete B. D. Schomero (z) quod verbo institutionis nititur, & cum illo conjunctum est, & ejus virtute efficax. Quocirca, ita merito cum Megalandro nostro (aa) contra Fanaticos concludo, mera Sycophantia est, & Diaboli illusio,

D z

quod

(y) Catech. Maj. p. 537.

(z) Vid. ipsius Exegel. in h. l.

(aa) Catech. Maj. p. 537.

quod hodie nostri novi Spiritus, ut blasphemant & contumelia afficiant Baptismum, Verbum & institutionem Dei ab eo divellunt, nec aliter intuentur eam, quam aquam è puteo hauritam, ac deinceps ita blasphemio ore blaterant: Quid vero utilitatis manus aqua plena praestaret anima? Qvis vero adeo vecors & inops animi est, qui hoc ignoret, divulsis Baptismi partibus aquam esse aquam? Qua vero fronte tu tibi tantum sumis, ut non verearis ab ordinatione Dei preciosissimum nequãdiov avellere, quo Deus illam constrinxit & ineludit, neq; inde divelli vult aut sejungi? Quippe verbum Dei, aut preceptum, item nomen Dei, in aqua ipse solet esse nucleus, qui thesaurus ipso cælo & terra omnibus modis nobilior est & prestantior. Probata vero nostræ Ecclesiæ doctrinã, Baptismum non meram esse aquam, sed aquam cum verbo Dei conjunctam & arcte unitam, in propatulo est, dari omnino Unionem Sacramentalem, quam vero Dippelius tam petulanter traducit: Aliàs enim aqua maneret aqua, nisi cum verbo uniretur, & esset Unio Sacramentalis. Id quod etiam ex fine probatur, quia si Sacramenta, inquit B. D. Danhauerus (bb) sunt signa sensibilia, Ergo requirunt aliquod signatum intelligibile. Est enim signum, definiente Augustino, Res, qua præter speciem, quam sensibus ingerit, aliud aliquid ex se facit in cogitationem venire: quia si Sacramenta sunt organa efficacia ad actus supernaturales: Ergo requirunt aliquem, ut sic dicam, nucleum internum & cœlestem, à quo tanta per externum elementum efficacia prodire queat. Quia vero e re terrena & cœlesti sit omnium confessione unum Sacramentum, non potest id fieri, nisi intercedente aliqua unione, & coniunctiva, quam Sacramentalem recte appellamus.

## §. V.

Qui fingit nova verba, simul nova dogmata gignit: Illud apte quadrat in Arnoldum. Modum Arianorum in nomine Christi solum baptizantium comprobatur, eoque ipso ansam præbet  
suis

---

(bb) Hodosoph. p. 1006.

fuis fanaticis, loco formæ usitatæ illius, quam *Gregorius de Valentia*. (cc) dicit esse receptissimam ab omnibus, non Patribus tantum, sed etiam sectariis, introducendi formam ab Arianis usurpatam. Quod autem Ariani, in Christi tantum nomine, baptizantes, *Arnoldo* iudice, non erraverint, inde probatur, quia Apostoli ipsi dicerentur ita baptizasse. Act. 2, 38. c. 8, 16. c. 10, 48. legimus quidem, in Jesu Christi nomine Baptismum esse administratum. Sed id, ut verba B. Menzeri (dd) mea faciam, de usu non de forma Baptismi vel accipiendum esse, ut in nomine Domini baptizari locis citatis idem declararet, atque Christo Domino consecrari, & Ecclesiæ illius accensere, vel potius, Apostolos mandato atque institutione Christi illos baptizasse, esse subintelligendum, jamdiu ab aliis dilucidis evictum est argumentis. Alterum, quo *Arnoldus* Arianos defendit, argumentum hoc est, quod Patres illum Baptismum in nomine Jesu datum judicaverint legitimum. Sit autem, quod nonnulli illorum cum *Irenæo* (ee) in nomine, inquit, *Christi tres persona intelliguntur*, & cum *Basilio* (ff) asserente, Christi appellationem totius Trinitatis esse professionem, quia simul declarat & Patrem, qui unxerit, & Filium, qui unctus sit, & Spiritum Sanctum, qui sit unctio, ejusdem fuerint sententiæ, hincque Baptismum in Christi tantum nomine administratum probaverint, hoc tamen *Arnodus* parum medetur errori Arianorum. Nam non secundum quorundam Patrum sententiam, eorumque baptizandi formam res est dijudicanda, sed juxta Domini mandatum ac institutionem. His enim verbis: docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris & Filii & Spiritus S. non dedit tantum præceptum, sed ritum etiam & formam baptizandi Jesus præscripsit. Hinc *Basilius* (gg) præclare admodum, *ὁ θεὸς ἰπῶς*, inquit, *βαπτίζουσας*

D 3

κατα-

(cc) Tom. 4. in Thomam fol. 766.

(dd) Comment. in Act. p. 423.

(ee) Libr. 4. contr. Valentin.

(ff) Libr. de Spirit. S. c. 18.

(gg) Epistol. 78.

παρελάβομεν, πρέσαν δε, ως βαπτίζομεθα, δοξάζειν δι, ως πρε-  
 πιστεύομεν, πατέρα και υόν και άγιον πνεύμα. Quamquam  
 verò nostri concedant Theologi (hh) si quis vel in nomine Chri-  
 sti, vel in nomine Trinitatis baptizarit, ipsum tamen Baptismum  
 esse verum, quia in sensu verborum institutionis nihil mutave-  
 rit, siquidem æquipollentes essent phrasæ: baptizatum esse in  
 nomine Patris, Filii ac Spiritus Sancti, & baptizatum esse in no-  
 mine Trinitatis, vel in nomine Christi, vel in mortem Christi:  
 Nunquam tamen cordatus Theologus, multo minus nostro tem-  
 pore, quo effrænati Fanatici id tantum amplectuntur, quod ab  
 antiqua & vera recedit Ecclesia, optima autem quævis spernunt ac  
 conculcant, ejusmodi baptizandi formulas vel comprobabit, vel  
 tuebitur, sed potius cum laudato Balduino judicabit, eum, qui  
 vel in Christi nomine, vel alio modo baptizet, graviter peccare,  
 dignumq; esse poena, quod formulam Christi mutet, sive id teme-  
 re, sive ex imperitia fiat. Illa enim sola retinenda est, nec ab ea  
 vel latum unguem discedendum. Verum enim vero Arnaldo in-  
 differens est, quacunque Minister utatur formula, eamque rectè  
 commendat, quam tamen nec Christus præscripsit, nec usurpa-  
 runt Apostoli. Adeo nihil est in Ecclesia nostra usitatum, id li-  
 cet à Christo ipso sit institutum ac mandatum, quod ipsi arri-  
 deret.

## §. VI.

Ad errores Fanaticorum circa *Objectum* Baptismi extrantium  
 confutandos nunc pervenimus, primo illum examinaturi, quo  
 propugnatur, solos regenitos Baptismo esse tingendos. Funda-  
 menta, quibus hæc falsa *Römelingii* hypothesis innitur, hæc sunt:  
 Baptismum nonnisi ritum esse, somniat Fanaticus. Necessè esse  
 credit, ut institutio antecedit Baptismum, quia juxta Domini  
 mandatum Matth. 28. 19, ut ille putat, Apostoli neminem, nisi  
 Fidei Articulos doctum baptizarunt. Fingit, credentibus tantum  
 & re-

---

(hh) Vid. B. Balduini *Cal. Conf.* p. 1064,

& regenitis Baptismum ab Apostolis esse datum. Verum-enim-  
 verò Baptismum non esse Ceremoniam quendam, probavit ipſius à  
 Domino facta institutio, ac ulterius evincet ejus efficacia infra  
 demonstranda. Ex Domini verò mandato modo constat, adul-  
 tos prius informandos, quam baptizandos esse. Ad gentes  
 enim totius orbis ablegabantur Apostoli, quas latebat Christi do-  
 ctрина; merito igitur Baptismo præmitti jubebatur prædicatio Evan-  
 gelii. Et huic mandato etiam Apostoli paruerunt, si ipsis adulti  
 erant baptizandi, id quod dicta probant, à *Römelingio* l c alle-  
 gata. Alia autem ratio est infantum ex parentibus Christianis  
 natorum; id enim constabit ex tractatione de Pædobaptismo insti-  
 tuenda. Illud verò argumentum primarium, quo *Römelingius* ad  
 oculos demonstrare confidebat, Baptismo non nisi regenitos ab A-  
 postolis esse tinctos, potius affirmat, & irregenitis ad ipsos rege-  
 nerandos Baptismum esse datum, vel illos regenitos esse per Ba-  
 ptismum. Omnes enim, ait Apostolus Gal. 3. 26. 27. *Filii DEI*  
*estis per fidem in Christo JESU.* Nam quicumque in Christum ba-  
 ptizati estis, Christum induistis. Probat hinc, inquit B. D. D. Scho-  
 merus, (ii) filiationem per fidem, quod nempe jus Christi in nos  
 transtulerimus, per baptismum, dum illum sic plane nostrum acce-  
 pimus in foro divino, ut illi inexistamus, in illo respiciamur, in illo  
 fruamur paterno DEI affectu, sic ut illum quasi induisse videamur,  
 ejusque innocentia & jure apud DEUM quasi veste tegamur, sicut  
 in ejus nomen aquis immersi & circumfusi sumus. Ergò regeniti su-  
 mus per Baptismum, per illum DEI Filii facti. Ergo falsum est,  
 Baptismum regenitis tantum dari debere. Ita enim concludit  
*Römelingius*: Daß keine von den Aposteln getaufft worden,  
 wo sie nicht bereits Christum angezogen: Galatas verò fa-  
 ctos esse DEI filios, ex ipsorum Baptismo probat Apostolus, imo  
 ipsos jam per baptismum Christum affirmat induisse. Ecce, quo-  
 modo Paulus contradicat *Römelingio*, quomodo baptismus, juxta  
 Apostoli effatum, sit prior filiatione DEI, quomodo Galatae, li-  
 cet

(ii) Exeg. in h. 1.

cet non omnes, eorum tamen nonnulli irrogeniti fuerint bapti-  
 zati. Alias enim frustra dicerentur per baptismum Christum in-  
 duisse, DEIque accepisse filiationem. Nec vi minori baptismi  
 essentia, ut ita loquar, ipsiusque finis hunc *Römelingii* refellunt  
 errorem. Sicut enim Christus non venit, ut vocaret justos, sed  
 peccatores ad resipiscentiam Matth. 9. 13. ita non tam justis, quam  
 peccatoribus instituit Baptismum, ut ille esset ipsis lava-  
 crum regenerationis, vel medium quoddam *ἀνάθεμα*  
 datum, per quod renascerentur Deo, h. e. denuo extraherentur  
 ex aquis, ut essent filii Dei, quemadmodum primum extracti ex  
 utero erant filii hominum. Hinc quoque Baptismus fons patens  
 appellatur in ablutionem peccati & immunditiei Zach. 13. v. 1.  
 ut in majus nempe innotescat, illum potissimum esse institutum,  
 irrogenitis tanquam immundis, ut lavarentur illo lavacro in ipso  
 munditiam, ideoque Baptismum iis minime esse denegan-  
 dum, quia fons esset patens, sique præ justis ista indigerent mun-  
 ditie. Deinde vindicamus contra Arnoldum aliosque Pædobap-  
 tismum. Dissertit autem *Arnoldus*, illum nondum potuisse sta-  
 biliri, nec ubique fuisse in usu, quanquam nonnulli & infantes  
 cepissent baptizare; Cur vero Pædobaptismo plurimi fuerint re-  
 fragati, id ideo censet esse factum, quia ille nec mandatus, nec  
 ab Apostolis eorumque successoribus legeretur administratus.  
 Dein repetit quæstionem Cypriani ætate motam, an infantes vel  
 octavo demum die, vel statim, simulac nati essent, essent ba-  
 ptizandi? Colligit ex ea, illis non fuisse certum, quid de ipso  
 Pædobaptismo ipsis fuisset sentiendum. Refert quoque Clarissi-  
 mos Viros rejecisse Pædobaptismum, omni studio adnisos, ut Ba-  
 ptismus differretur, donec liberi adolevisent. Mentionem tan-  
 dem facit Theologorum Lutheranorum cum Patribus dictis, ut  
 jactat, profus convenientium. Quod verò primum Pædobap-  
 tismo oppositum attinet argumentum, respondemus, falso re-  
 ferri ab Arnoldo, illum tunc temporis, purat Seculum III. non-  
 dum potuisse stabiliri. Pædobaptismum enim illo Seculo, jam  
 viguisse,

viguiffe, testis est *Origenes*, Pater circa ejusdem Seculi medium ingenii acumine, facundia, industriaque clarissimus, in sextum. caput Rom. ita commentatus: itaque & Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam parvulis dare Baptismum. Sciebant enim illi, quibus secreta divinorum mysteriorum commendata fuerant, quod essent in omnibus genuina serdes peccati, quæ per aquam & Spiritum aboleri deberent. Si ergo, ut vult *Arnoldus*, difficile fuisset, eodem tempore, quo vixit *Origenes*, Pædobaptismum, introducere, sane Pater ille insignis non scripsisset Ecclesiæ de illo, tanquam re certissima, ab ipsis Apostolis accepta, optime scientibus, quicquid fieri deberet, de eo nullum esse debere dubium. An verò *Arnoldo* vel potius *Origeni* fides sit habenda Lector ipse judicabit. Nec verosimile est paucis tantum in locis, ut *Arnoldus* refert, Pædobaptismum fuisse in usu. Ecclesiam enim, non verò hanc vel illam illius partem ab Apostolis accepisse traditionem, etiam parvulis dare Baptismum, affirmavit *Origenes*. Cum quo adamantino omnibus ferme Patribus palmam præripientem jungo *Augustinum*. Pædobaptismum, inquit ille (kk) Ecclesia semper habuit, & à majorum fide accepit, & perseveranter adhuc custodit. Si verò Pædobaptismum habuit Ecclesia universalis, quam *Augustinum* putasse vel primus verborum evincit aspectus, & quidem semper, putrido sane assertum *Arnoldinum* innititur fundamento. Alterum ipsius argumentum à silentio Scripturæ in specie Actorum Ap. ad negationem Pædobaptismi concludens jam diu confutarunt Theologi, contra Anabaptistas aliosque ejusmodi farinæ homines disputantes, ex quorum numero *B. Egidium Hunnium* nominasse sufficiet. Tot enim ac tantis errorem hunc Anabaptistarum incomparabilis ille Theologus prostravit argumentis, (ll) ut ulteriori hujus erroris *Arnoldini* non opus sit refutatione. Insignem imprimis in illo refellendo *B. D. Mayerus*

E (mm)

(kk) 1. 10. de Genes. ad lit. c. 33. & Serm. 10. de verb. Apost.

(ll) De Sacramentis c. 12, p. 252, & seqq.

(mm) & Excell. *Corvinus* (nn) operam collocarunt, hinc circa illud argumentum non commorabimur. Ad tertium quoque jam respondit laudatus *Corvinus* (oo): Die Folgeren / inqvies, ist ungereimt / weil zu den Zeiten Cypriani von dem Tage / an welchem man die Kinder tauffen / und ob es am andern oder achten Tage geschehen solte / gestritten; Darumb ist vorher die Kinder-Tauffe gar nicht gebräuchlich gewesen? ist eine schöne fallacia à dicto secundum quid, denn es ist damals nicht die Frage gewesen / ob die Kinder zu tauffen gewesen? sondern weil einige Judenkende meineten / man müsse sie nicht eher / als am achten Tage tauffen / weil unter dem Alten Testament nach dem Gesetz Mosis die Kindlein allererst am achten Tage müssen beschnitten werden / so gab dieses Cypriano und den andern Bischöffen Anlaß / die Sache zu untersuchen / welches auch Cyprianus in seiner Antwort an den Fidum klärlich anzeigt / wenn er saget Epist. 59. p. 68. b. *Non quod in Judaica circumcissione carnali octavus dies observabatur, Sacramentum est in umbra atque in imagine antepremissum, sed veniente Christo veritate completum, propter quod neminem putamus à gratia consequenda impediendum ea lege, qua jam statuta est. Nec spirituale circumcissionem impedi carnali circumcissione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, quando & Petrus in Actis Apostolorum loquatur, & dicat: Dominus mihi dixit, neminem communem dicendum & immundum. Hoc unicum tantum addo, me mirari magnopere, quod Arnoldus contra Pædobaptismum armis pugnet jam protritit. Ita enim ad eandem objectionem Anabaptistis dudum respondit Celeberrimus Hunnius (pp). Constat, inqvit, in Ecclesia fuisse motam questionem sub temporibus Cypriani: num Pædobaptismus exemplo circumcissionis esset in octavum differendus diem, vel secus. Conclusum autem,*  
*disi-*

(mm) Disp. de Pædobaptismo.

(nn) Gründliche Untersuchung c. 21. §. 1.

(oo) l. c. §. II.

(pp) l. c. p. 352.

definitumque fuit, non esse ad certum diem alligandum cum infantum periculo. Est itaque putidum & impudens Diaboli commentum, quo Pædobaptismum indubitatis Scripturae columnis constructum non verentur illi Fanatici Spiritus inter papisticas superstitiones & errores rejicere. Quartum Arnoldi argumentum quod attinet, Tertullianus est, cujus potissimum autoritate oppugnat Pædobaptismum. Sed Scriptura, ut cum Andrea Riveto (qq) loquat, credimus propter se, Patribus propter consensum cum illa: nec fas esse existimamus à manifestis Scripturae testimoniis ad Scripta Doctorum Ecclesie provocare, vel à manifesto Dei verbo recedere propter contraria, si qua inveniuntur, Patrum facta vel dicta: Quorum scripta alio sine legimus, quam quo Dei verbum versamus frequenti manu. Huic enim operam impudimus, ut habeat fides, in quo cunctis tentationibus adhereat, & ultimo acquiescat; illis autem, nempe Doctoribus, ut divinis testimoniis externo Scripturae, interno Spiritus Sancti, qua per se sufficiunt, quodammodo elucidandis, & apud homines commendandis, sanctorum hominum consensus inserviat, historia Ecclesie agnoscatur, & piis veterum exhortationibus & exemplis ad verum Dei cultum unus quisque inflammetur. Hac igitur conditione posita & differentia constituta Patrum dicta & documenta cum veneratione suscipimus, rejectis bona cum eorum venia, qua reperiuntur dissona. Ad id tandem progredimur argumentum, quod à consensu quorundam Theologorum Lutheranorum est petitum. Antiquiores, eorumque de Pædobaptismo sententiam primo examinabimus. Lutheranae Ecclesie Ministros illos appellat Arnoldus, quos verò rectius pronuntiavero Anabaptistas. Horum enim religio, post reformationis opus à Luthero coeptum, anno 1521. ut refert Spanhemius, vel 23. quæ sententia est Dav. Chytrai, Theologi quondam in hac Academia celeberrimi, adeoque eodem tempore, quo illis Theologis Pædobaptismus fuit res indifferens, vel potius odiosa, suam traxit originem. Nil quoque tunc temporis, nisi Articulum de Baptismo, & in specie Pædobaptismum Anabaptistæ oppugnarunt. Initia enim, ait B. D. Kromayerus (rr) prima nominis

E 2

&amp; Se.

(qq) Crit. Sacr. T. 2.

(rr) Scrutin. Rellg. p. 107.

Et Secta Anabaptistarum tenuia satis fuerunt, cum reformatione  
 doctrinae Pontificiae videntes eos, qui egressi fuerant à Papatu, rebapti-  
 zandos, infantum autem Baptismum ad aetatem adultiorem differen-  
 dum censebant. Impugnarunt verò & illi Theologi Pædobaptismum,  
 rati, eos ex Ecclesia non esse proscribendos, qui infantibus suis denega-  
 rent Baptismum, si illos modo per manuum impositionem atque pre-  
 ces Christo curarent commendandos, imò judicantes, infirmos esse  
 illos, qui urgerent Pædobaptismum. Quale ergo discrimen  
 est inter Anabaptistas & ejusmodi Theologos Lutheranos falsò sic  
 dictos? Ipse *Arnoldus* subministrat argumentum, quo ad oculos  
 potest demonstrari, illos Verbi Ministros fuisse Anabaptistas. De  
 Anabaptistis enim eorumque erroribus agens (ss): *Doch has*  
*ben einige unter ihnen / inquit, die man Adiaphoristen ge-*  
*nennet / endlich die Kinder-Tauffe unter die Mittel-Dinge*  
*gerechnet / und sie also nicht gar verworffen. Ecce! secun-*  
*dum ipsum Arnoldum fuerunt & illi Anabaptistæ, qui Pædoba-*  
*ptismum adiaphoron esse putarunt, idem vero de infantum ba-*  
*ptismo senserunt & illi Verbi Ministri, inter Anabaptistas ergo ne-*  
*cessario sunt referendi, quia fuerunt Adiaphoristæ. Hinc id tan-*  
*tum, quod probe notandum commendabat Arnoldus, dignum*  
*erit notatu, was in einigen Gemeinen / beyhm Anfang der refor-*  
*mation, im Brauch gewesen / und von Anabaptistischen Pred-*  
*igern vor gut / und Christlich erkannt worden / nemlich*  
*das man die Kinder-Tauffe in die Christliche Freyheit gestellet /*  
*und die Leute nicht eben dazu gezwungen &c. En vero fraudationem*  
*Arnoldinam. Ad Anabaptistas provocat, appellat hos*  
*Lutherische Prediger / ut persuadeat Lectori, & Lutheranis olim*  
*Pædobaptismum fuisse adiaphoron, eoque magis suum propaget*  
*indifferentissimum. Anabaptistas ab Arnoldo allegatos fuisse A-*  
*diaphoristas, probant ipsorum verba. Cum illis autem non*  
*adeo videtur Arnoldus convenire. Pædobaptismum enim non*  
*adiaphoron sed fraudationem Papatus & statutum humanum esse*  
*proclamat. Imò quanti eum habeat, hisce prodit verbis: Da-*  
*bey*

(ss) R. u. R. Hist., T. 2. L. 16. c. 21, p. 270.

bey doch ein ander seht/er hätte damahls noch nicht die Sprüche gefunden gehabt / die zur Kinder-Taufe zwingen / nemlich dannnt man auff der Wieder-Täufer Einwürffe / doch einiger massen sich entschuldigen köndte / ob er wohl keinen ausgedrückten Befehl hievon in der Schrift zu finden wuste. Hunc verò *Arnoldi*, & illum *Anabaptistarum* errorem infra confutabimus, nunc inqvisituri, quomodo ad Theologum recentiorem D. *Jochimum Hildebrandum* *Arnoldus* potuerit provocare. Nullo sane modo Theologus ille celeberrimus *Arnoldo* ejusque rei pessimæ existit Patronus. Hunc, inquit quidem B. *Hildebrandus* (tt), *morientibus collatum Baptismum æque ac Eucharistiam* prisce Dd, ἐφόδια, *Viatica* eleganter vocarunt, quod in agone hæc subsidia & contra mortem alexipharmaca crederent. Verumenimvero veterum Baptismi dilationem minime comprobat, quanquam illos Baptismum æque ac Eucharistiam Viatica scribat eleganter vocasse. Cur enim prisce Doctores utrumque N. T. Sacramentum, *Hildebrando* judice, eleganter appellaverint ἐφόδια, verba docent frequentia, quod nempe in agone hæc subsidia & contra mortem alexipharmaca crediderint. Omnis enim, ait Theologus, (uu) hæc vita juxta stylum S. Scriptura peregrinatio, via ad mortem & iter est ad cælum, ad cælum, inquam, modo à via regia via illa arctane aberremus. Hac in via ne animus deficiat, piissimus *Salvator* Sacramenta tanquam ἐφόδια ἡμῶν Ἰησοῦς h. e. Viatica vel via ac vita spiritualis subsidia Ecclesia concessit; Mors vero iter est extremum & irrevocabilis ad eternitatem transitus. Igitur sub exitum vita imprimis illa profutura crediderunt. Restant autem alia argumenta, quibus B. *Hildebrandi* de Baptismo orthodoxia vindicatur. Sufficiet, unicum tantum produxisse. Tandem, inquit (yy) mos hic Baptismum ad exirema usque differendi, cum varios abusus gigneret, & licentioris vita occasio esset, S. S. Patri-

E 3

bus

(tt) *Ars bene moriendi* p. 25.

(uu) l. c. p. 26.

(yy) *Ibid.* p. 38.

bus displicuit, & in eum graviter invecit, omnem Baptismi procrastinationem severe prohibuerunt. Doceat hoc, nostro loco, Gregorius Nazianzenus ex Orat. XL. in F. Luminum: Baptizemus hodie, ait, ne cras vi aliqua cogamur. Huic calculum adjicit Gregorius Nyssenus oratione in hanc rem ex professo habita, qua omnem Baptismi dilationem & dilationis pretextum acriter objurgat. Tertullianus jam sub initium Seculi III. Lib. de Patientia c. 6. eos, qui Baptismum petulanter differunt, ut peccatis interim indulgeant, commeatum sibi facere affirmat. Commeatum veteres Jcti licentiam ad tempus è militia abeundi literis dimissoriis concessam vocarunt, autore Festo sub voce Remeare: hinc dilatores Baptismi peccandi commeatum dicuntur fecisse, quod putarint, sibi interea licitum agere quicquid velint. Sed satis de B. Hildebrando, ad quem frustra provocavit Arnoldus. Paucis tantum, quia hac de re à Nostratibus hactenus sat actum est, evincam, Arnoldum ipsiusque alleclas confutaturus, Pædobaptismum in S. Scriptura esse fundatum. Pronunciatum Christi Marc. 16. 16, & Joh. 3. 5 generale est, Ergo & id ad infantes spectat. Matth. 28. 19. Profecti, inquit Salvator, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Quam latè verò patet mandatum prædicandi Evangelii, quod omni creaturæ annunciari jubebat Christus Marc. 16. 15. tam latè etiam patet mandatum baptizandi. Ergo nec infantes excluduntur, quia æque ac adulti sunt DEI creaturæ. Apostoli integras baptizarunt familias Act. 16. 33. c. 18. 8. Ergo & infantes. Quod argumentum, ait B. Hassenrefferus (zz) licet ad conjecturas referatur, verosimilius tamen est, in istis domibus aliquos etiam infantes, & in toties mille hominibus, aliquos etiam parentes non magis de sua, quam de infantum suorum salute sollicitos fuisse. Nec facile est creditu, pios parentes ad Evangelium conversos minus cura habuisse de infantum suorum Baptismo, quam Hebræos de suorum circumcissione. Petrus promissionem Baptismo annexam ad Judæos eorumque liberos pertinere, affirmat, Act. 2. 38. 39. Ergo & infantes sunt baptizandi, quia Baptismus antecedere debebat

(zz) Loc. Theol. p. 597.

bebat visibilem Spiritus Sancti effusionem, quam sub promissione illa intelligebat Apostolus. Baptismus est circumcisio Christi, ejusque locum supplet. Ergo & ad infantes pertinet, quia pueri in V. T. erant circumcidendi, & infantes Spiritus Sancti fideique sunt capaces; idquod testatur exemplum Johannis.

## §. VII.

Baptismum tanquam ritum inanem intuentur Fanatici, cum Weigelio aliisque hæreticis blaterantes, illum non esse regenerationis medium, sed ejus modo imaginem, ipsiusque opus operatum vel ipsum Sacramentum, quod putat *Arnoldus*, parum afferre utilitatis. Verum enim verò, quæ ratione, ut cum Magnifico Dn. D. *Fechtio*, loquar (aaa) *elementum aquæ sordes detergere, vitamque Spiritualem conferre possit, nullo quidem modo comprehendere valemus, sine ulla tamen contradictione hac esse & fieri posse, non dubitat fides Christiana.* *Dippelius* autem exclamat, pessimam esse fraudem atque superstitionem, si baptismus in se & quæ talis, abstrahendo, quis sit baptizans vel baptizandus, credatur esse organon, per quod Dei gratia conferatur, additque hoc nunquam ex Sacra Scriptura posse probari. Sed audiemus Scripturam, quæ convincet *Dippelium*, ipsum valde errasse. Tit. 3, 5. Baptismus appellatur lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti. Ita vero ideo vocatur Baptismus, quia Spiritus S. in Baptismo effusus per illum organice operatur regenerationem & renovationem. Negant quidem Fanatici, h. l. de Baptismo agi. Eorum vero argumenta, quibus suam erroneam adstruere nituntur sententiam, tanti non sunt momenti, ut illis vel à litera vel ab antiqua hujus dicti explicatione recedere cogermur. Hinc merito hoc Spiritus Sancti de Baptismo effatum contra adversarios nostros urgemus. Evincit autem illud, per Baptismum omnino dari regenerationem & renovationem, largissimam ergo Dei gratiam, siquidem & regeneratio & renovatio sunt opera meræ Gratiae divinae, ex Dei gratia oriunda, ipsius gratiam nobis conferentia. Idem probatur ex Dicto Pauli Eph. 5, 25--27. in quo Baptismi eminentiam ac efficaciam prædicari, supra est demonstratum. Ibi verò per aquæ lava-

(aaa) Noct. Christ. p. 260.

lavacrum Christus dicitur Ecclesiam suam purgasse, ut sifteret eam sibi gloriosam, i. e. Ecclesiam non habentem maculam ac rugam, aut quicquam ejusmodi, sed ut esset sancta & inculpata. Ergo per Baptismum nil nisi merâ Dei gratia dispensatur. Pergit *Dippelius* hallucinari, suam iterans cantilenam, Baptismum nempe meram, esse aquam. Sed illum esse cum verbo Dei vivo ac efficace arctissime conjunctum, jam probavimus. Posteaquam vero ait Divus *Lutherus* (bbb), certi sumus, quid sit Baptismus, & quid de eo sentiendum, etiam illud nobis discendum venit, quam ob rem, & in quem usum Baptismi ratio sit instituta, h. e. quid utilitatis baptizatis adferat, conferat & pariat? Verum neq; hoc melius atq; compertius, quam ex verbis Christi supra citatis sciri potest, ac percipi, nimirum, qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Quare rei summam ita simplicissime complectere, hanc videlicet Baptismi virtutem, opus, fructum & finem esse, ut homines salvos faciat. Nemo enim in hoc baptizatur, ut princeps evadat, verum sicut verba sonant, ut salvus fiat. Coeterum salvum fieri scimus nihil aliud esse, quam à peccati, mortis & Diaboli tyrannide liberari, in Christi regnum deferri, ac cum eo immortalem vitam agere. Ex hoc iterum non obscure perspicis, quanti momenti ac pretii Baptismus habendus sit, in quo tam inestimabilem tamq; ineffabilem thesaurum consequimur. Atque hoc ipsum sufficienter indicat, Baptismum solam ac simplicem aquam esse non posse. Ejus enim virtutis simplex aqua esse non potest. Verum enim vero DEI verbum facit, tum quod, ut supra diximus, DEI nomen in illo sit. Jam ubicunq; DEI nomen est, ibi vitam quoque & summam felicitatem esse, necesse est, ut non injuria divina, beata, fructuosa, & omnis gratia plena aqua dici possit. Etenim verbi accessione eam virtutem consequitur, ut  $\lambda\sigma\tau\epsilon\delta\upsilon\nu$   $\pi\alpha\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$  sit, sicuti nominat *Paulus*. *Dippelio* consentit *Römelingius*, Baptismum modo signum regenerationis esse putans. Sed quicquid nobis confert. Christum, ipsius innocentiam, justitiam, sapientiam, potentiam, salutem, vitam, Spiritum &c. illud sane non est quoddam inane signum regenerationis. Atq; Baptismus. Ergo. Baptismum vero hæc præstare, testatur *Paulus Gal.*

3, 27<sup>a</sup>(bbb) *Catech. Maj.* p. 339.

3, 27. quicumque, in Christo baptizati estis, Christum induistis, h. e. interprete B. Luthero (ccc), ipsius innocentiam, justitiam, sapientiam, potentiam &c. Quare hic locus, ut probe monet Megalander (ddd) diligenter observandus est contra Fanaticos Spiritus, qui majestatem Baptismi extenuant, & scelestè ac impie de eo loquuntur. Paulus contra magnificis titulis Baptismum ornat, appellans lavacrum regenerationis ac renovationis Spiritus Sancti, Tit. 3. Et hic dicit omnes baptizatos Christum induisse, q. d. Non accepistis per Baptismum tesseram, per quam ascripti estis in numerum Christianorum, ut nostro tempore multi fanatici homines senserunt, qui ex Baptismo tantum tesseram fecerunt, h. e. breve & inane quoddam signum. Sed quotquot, inquit, baptizati estis, Christum induistis, i. e. estis extra legem rapti in novam nativitatem, qua facta est in Baptismo. Ideo non estis amplius sub lege, sed novo indumento, i. e. Justitia Christi vestiti estis. Docet ergo Paulus, Baptismum non signum, sed indumentum Christi, imò ipsam Christum indumentum nostrum esse. Quare Baptismus potentissima ac efficacissima res est. Refellat illum quoq; B. Hunnius (eee) qui hunc errorem Calvinianum dudum confutavit. Quoniam igitur, inquit ille Theologus de Ecclesia Christi meritissimus, ex aqua Baptismi renascimur, per lavacrum aqua mundamur, à peccatis sanctificamur, in mortem Christi baptizamur, & Christum in Baptismo induimus, qui imò, Paulo teste ac iudice, per lavacrum regenerationis salvi reddimur, sequitur esse horribilem & in Ecclesia nullo modo ferendum errorem, quo nonnulli nugantur imperite & impie, Spiritum S. regenerationem non per externum aqua Baptismum, sed sine hoc perficere, cumq; Paulus norit unum tantummodo Baptismum, quo jussu atq; nutu Dei ordinantis sit lavacrum regenerationis. Arnoldo verò, quia & eidem ex Sacra Scriptura jam responsum est, Patres, qui ipsi in deliciis esse videntur, oppono, longe aliter, ac Arnoldus de Baptismi efficacia sentientes. Encomia, quibus quidam illorum Baptismum affecerunt, congestit B. Hildebrandus (fff); ibi autem lavacrum audit contra mortem efficax remedium, contra aculeos mortis probatum antidoton, contra omnes mortis terrores panacea, in ipso agone magna cordis refectio, vitæ immortalis arrha & assicuratio. Sicut, ait Cyprianus (ggg) Scorpiæ & ser.

F

(ccc) in Comment. in Epist. ad Gal. T. IV. Jenens. p. 113.

(ddd) l. c.

(eee) de Sacram. d. 193. 194.

(fff) Arte Bene Moriendi p. 52-53.

(ggg) Lib. 4. Epist. 7. ad Magnum.

Et serpentes, qui in sicco praevalent, in aquam praecipitati prevalere non possunt, aut sua venena retinere: Sic & Spiritus nequam, qui scorpis & serpentes appellantur, & tamen per nos data à Deo potestate calcantur, permanere ultra non possunt in hominis corpore, in quo baptizato & sanctificato incipit Spiritus S. habitare. Coloss. 2, 11. 12. In qua etiam circumcisio estis circumcisio, quae fit sine manibus, corpore peccatis carnis exuto per circumcisionem Christi. Ei conscripti per Baptismum per quem etiam cum eo suscitati estis per fidem efficacis illius virtutis Dei, qui suscitavit eum ex mortuis.

## §. VIII.

Discussis igitur Adversariorum nostrorum argumentis, quibus Baptismi necessitatem oppugnarunt, faciliori nunc labore illam probabimus. Quicquid enim non ab hominibus, sed à DEO ipso est institutum, ut medium esset, per quod Ecclesia colligeretur, à Christo quoque ipsiusque Apostolis in eundem finem semper usurpatum, nec non peccatoribus suum in ipsorum peccatorum remissionem, & Circumcisioni, illi V. Testamenti Sacramento, incunte N. Testamento successit, illud tanquam N. T. Sacramentum à DEO institutum ac salutare, est necessarium. Atque Baptismus &c. Ergo. Argumentor porro: Quicquid à DEO ita institutum est, ut illius instituti efficacia nec ab ejus Causa Ministeriali nec ab Objecto pendeat, sed illud per se sit efficax & salutare, id propter impietatem ministrorum illud administrantium, aut ob aliam quamcunque causam minimè est parvi habendum, sed potius tanquam res per se efficax & salutaris necessariò in Ecclesia est retinenda. Atque Baptismus &c. Ergo. Quicquid non est quicquam merè terrenum, sed cum DEI verbo vivo atque efficaci conjunctum & unitum arctissimè, illud tanquam Sacramentum Sacrosanctum plane est necessarium, & sedulo in Ecclesia servandum. Atque Baptismus. Ergo. Argumentor ulterius: Quicquid JESUS jussit administrari in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, illud sanctum est, sicque nullo modo ex Ecclesia eliminandum. Atque Baptismus &c. Ergo. Pergo argumentari: Quicquid à DEO ordinatum est, ut sit organon regenerationis, illud non regenitis solum, sed irregenitis etiam, hisque multo magis, tanquam regeneratione indigentibus conferendum, & propter regenerationem nobis necessariam est necessarium. Atque Baptismus. Ergo. Dein conclusio: Quicquid Baptismus à DEO est jussus, ab Apostolis datus, & in Ecclesia semper viguit, ille Baptismus minime est traducendus, multo minus proferendus ex Ecclesia. Atque Pado baptismus. Ergo.

Ergo. Argumentor tandem: Quicquid regenerat, mundat, remissionem peccatorum & salutem affert, illud sane est nobis necessarium. Atqui Baptismus. Ergo.

## S. IX.

Ulteriore[m] verò hujus veritatis, quanquam ipsa luce clarioris morosa Fanaticorum instantia requirit probationem. Licet Dippelio ad oculos demonstratum fuerit, Baptismi necessitatem in S. Scriptura perspicue esse fundatam exclamat tamen ille, baptismum esse abrogandum als was dir steiges uud unzulängliches / quem appellare einen Beitel non erubescit. Sed quam dira hac blasphemia meruerit supplicia, eum docebit Ictus. Mihi modo probandum venit, S. Scripturam Baptismi necessitatem asserere evidentissime. Dicitur Christi Joh 3. 5. Amen, amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum DEI, est notissimum. Negatur quidem pertinaciter ab omnibus Baptismi hostibus, ibi agi de Baptismo. Sed ab eorum corruptelis hoc Christi effatum dudum est vindicatum. Inter plurimos unicus audiatur B. Egid. Hunnius (hhh). Ego verò, inquit Theologus Celeberrimus, demirari satis nequeo profigatam temeritatem istius, putat Calvinum, qua splendidissimo soli tenebras offundere & locum clarissimum suis glossis atque strophis obscurare nititur. Neque verò hoc facit Calvinus, vel quicquam alius, humano solum arbitratu. Spiritus enim, qui hanc ei dictavit corruptelam, probe animadvertit, verba Christi proprie intellecta hunc sensum indubie gignere, quod regeneratio fiat, mediante aqua baptismi atque sic aqua ista non sit ordinata, ut ablutionem internam vel regenerationem significet aut representet, sed ut per illam regeneratio vere fiat. Idcirco Diabolus glossam adhibendam esse ratus, quamlibet contortam, violentam, coactam, quam textus ipse refellit evidentissime. Etenim quis non videat, esse inanem & absurdam ~~tause de pi~~ si aqua, de qua loquitur Salvator, sit ipse Spiritus? perinde ac si dicas: Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu & Spiritu, non potest ingredi regnum caelorum. Nam quod Calvinus obmurmurat, consimili phrasi Joannem Baptistam uti, quando Christum Spiritu S. & igni baptizare pronunciat: tenendum longè hoc à priorè esse diversissimum, Siquidem ignis non metaphoricè pro ipso Spiritu, sed de specie illa seu forma assumpta ignea, sub qua Spiritus S. die Pentecostes se revelavit, accipitur, id quod de aliqua assumpta forma aquea in verbis Christi affirmari nequit. Qua verò de causa sit intempesivum, ad Nicodemum aqua baptismi meminisse & cum tamen ex professo Dominus de regeneratione tracter,

F 2

cujus

(hhh) De Sacram. P. 183, 184.

cujus lavacrum esse baptismum irrefragabilis testis divus Paulus sonora voce pronunciat. Itaq, certum est Joh. 3. non aliam, quam Baptismi notari aquam & in regeneratione efficiendâ causam utramq, conjungi, efficientem Spiritum S. & instrumentalem, sive mediam, organum & lavacrum regenerationis, aquam, planè ut & capite V. Epist. ad Ephesios. Hinc stante firmissime nostræ Ecclesiæ sententia, Christum! c. loqui de Baptismo, ex hoc dicto contra Fanaticos ita argumentamur: Si nemo nisi ex Baptismo regeneritus pot: st introire in regnum DEI, sequitur, Baptismum longe majoris esse momenti, quam delirat *Dippelius*, ejusq; necessitatem ex parte hominis ordinariè esse summam. Atqvi verum est prius. Ergo.

## § X.

Plura adderem, nisi id nostri instituti prohiberet ratio. Antequam verò hoc opus finiam, meliorem adversariis nostris precor mentem. Parum quidem spei superesse videtur, ut ad illam redeant: (Nam quibus ita accuratè de Anabaptistis judicat incomparabilis Theologus, *B. Joh. Quistorpius Senior* (iii) firmiter impressum est id, quod pro vero habent, difficulter idem evellitur. Et si facile à sua sententia ad adversam prosilirent, indicium foret vel subsulcoria levitatis vel spisse ignorantia. Sicut vitia, quæ longa consuetudine in naturam abierunt difficulter emendantur: ita quoque penitus infixæ & in succum quasi versa falsa opinio non nisi labore summo & circumspèctione prudenti tollitur:) de eorum tamen conversione non omnis spes est abjicienda. Id quod sperari jubet quidam Minister Magdeburgensis, quippe qui ab errore Fanaticorum in rectam fidei viam feliciter est deductus (kkk). Cœterum Fanaticos, pietatis, prout videri volunt, amantissimos, volo esse memores memorabilis illius dicti *Augustini* (lll) *Sacramentorum vis*, inqviensis præclarissimè, *contemta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas.*

## SOLI DEO GLORIA.

(iii) Vid. *Græpi* nostri desideratissimi *Evangelisches Rosdok* 16.

(kkk) U. R. ad annum 1711. p. 513 &amp; seqq.

(lll) Lib. 19. contra Faustum c. 16.







& Je  
 sunt,  
 pentes  
 manere  
 cato incip  
 estis circum  
 circumcissione  
 eo suscitari est  
 ex mortuis.

Discussis ig  
 ptismi necessitatem  
 mus. Quidquid en  
 ut medium esset, per  
 que Apostolis in eund  
 sivalum in ipsorum pecc  
 stamenti Sacramento, in  
 N. T. Sacramentum à DEO  
 Baptismus &c. Ergo. Argu  
 tum est, ut illius instituti effi  
 Objecto pendeat, sed illud per  
 tatem ministrorum illud admini  
 causam minimè est parvi habendu  
 cax & salutaris necessariò in Ecclesi  
 Ergo. Quidquid non est quicquam  
 vivo atque efficaci conjunctum & uni  
 cramentum Sacrosanctum plane est nec  
 wandum. Atque Baptismus. Ergo. Argu  
 SUS jussit administrari in nomine Patris &  
 sanctum est, sicque nullo modo ex Ecclesia  
 num &c. Ergo. Pergo argumentari: Quidquid  
 organon regenerationis, illud non regenitis so  
 hisque multo magis, tanquam regeneratione in  
 & propter regenerationem nobis necessariam est n  
 ptismus. Ergo. Dein conclusio: Quidcuq; Baptismus  
 Apostolis datus, & in Ecclesia semper viguit, ille Bap  
 traducendus, multo minus proscribendus ex Ecclesia, Atq

eo prevalent, in aquam precipitati prevalere non pos  
 retinere: Sic & Spiritus nequam, qui scorpii & ser  
 men per nos data à Deo potestate calcantur, per  
 in hominis corpore, in quo bapuzato & sanctifi  
 care. Coloss. 2, 11. 12, In qua etiam circumcisi  
 e manibus, corpore peccatis carnis exuto per  
 sepulti per Baptismum per quem etiam cum  
 cis illius virtutis Dei, qui suscitavit eum  
 S. VIII.

um nostrorum argumentis, quibus Ba  
 faciliori nunc labore illam probabi  
 nibus, sed à DEO ipso est institutum,  
 colligeretur, à Christo quoque ipsius  
 usurpatum, nec non peccatoribus  
 em, & Circumcisioni, illi V. Te  
 stamento successit, illud tanquam  
 lutare, est necessarium. Atque  
 Quidquid à DEO ita institu  
 Causa Ministeriali nec ab  
 lutare, id propter impie  
 ob aliam quamcunque  
 tanquam res per se effi  
 Atque Baptismus &c.  
 sed cum DEI verbo  
 illud tanquam Sa  
 cramentum in Ecclesia ser  
 Quidquid JE  
 Sancti, illud  
 tque Baptis  
 m est, ut sit  
 te etiam,  
 endum,  
 vi Ba  
 s, ab  
 est  
 is.

